10) cod. Vindob. Gr. 14, chartac. s. XV (ex libris Sebastiani Tengnagelii). continet: f. 1—8 *περὶ ἀστρολάβου χρήσεως καὶ κατασκευῆς*, f. 9—14 *περὶ παραδόξων ἀναγνωσμάτων τοῦ Ψελλοῦ*, f. 15—32 *τοῦ σοφωτάτου κυρ. Νικηφόρου τοῦ Βλεμμύδου λόγος περὶ βασιλείας μεταφρασθεὶς πρὸς τὸ σαφέστερον κατὰ τοῦ σακελλίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας διακόνου κυρ. Γεωργίου τοῦ Γαλησιωτοῦ καὶ τοῦ οἰναιώ<sup>του</sup> κυρ. Γεωργίου τῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν καὶ ῥητόρων*, f. 32<sup>bis</sup> *ἐκ τῶν τοῦ ἱστορικοῦ Μέμνονος (cetera uacant)*, f. 33—41<sup>r</sup> *ἐκ τῶν τοῦ ἱστορικοῦ Μέμνονος*, f. 41<sup>v</sup> uacat, f. 42—44<sup>r</sup> *ἐκ τοῦ λβ' λόγου τῶν ἱστορικῶν Διοδώρου*, f. 44<sup>v</sup>—44<sup>bis</sup> uacant, f. 45—48 *τοῦ Χωνιατοῦ*, f. 49—86<sup>v</sup> Theo in *Προχείρους κανόνας* ad Epiphanium, f. 86<sup>v</sup>—90<sup>r</sup> capita nonnulla astronomica, f. 90<sup>v</sup> uacat, f. 91—100<sup>v</sup> *Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας καὶ ὅπως χρηστὸν αὐτῆς μέθοδος ἐναργῆς*, f. 100<sup>v</sup>—102<sup>r</sup> appendix eius opusculi, de quo u. ad d), f. 102<sup>r</sup>—110<sup>r</sup> Hypotheses, f. 110<sup>v</sup> uacat, f. 111—169<sup>r</sup> Hipparchus in Aratum, f. 169<sup>v</sup> uacat, f. 170—192 catalogus stellarum (h. e. Hipparchus Victorii), f. 192<sup>bis</sup>—192<sup>ter</sup> uacant, f. 193—221 Oppiani Cynegeticorum paraphrasis.

11) cod. Vindob. Gr. 160, chartac. s. XV („Ego Benedictus Cornelius emi hunc librum anno Salutis MIII<sup>l</sup>XXXX meis pecuniis aureis 8<sup>o</sup>, f. 1 mg. inf.: Sambuci 4  $\bar{\Delta}$ ). continet: f. 1—6<sup>r</sup> Hypotheses, f. 6<sup>v</sup>—43 Procli Hypotheses cum scholiis, f. 44—45<sup>r</sup> tabulae astronomicae, f. 45<sup>v</sup>—54<sup>v</sup> *Ἰσαὰκ μοναχοῦ τοῦ Ἀργυροῦ πραγματεία νέων κανόνων* ad annum mundi  $\xi\omega\omega\varsigma$ , f. 55—77<sup>v</sup> Theo in *Προχείρους κανόνας* ad Epiphanium, f. 77<sup>v</sup>—78<sup>r</sup> appendix Theonis, u. infra ad c), f. 78<sup>v</sup>—165 tabulae astronomicae.

12) cod. Monac. Gr. 579, chartac. s. XVI. continet: f. 1—7<sup>r</sup> *Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ ὑποθέσεων τῶν πλανημένων*, des. „τέλος καὶ πλεόν οὐδέν. ex antiquo manuscripto bibliothecae Caesareae“, f. 7<sup>v</sup> uacat, f. 8—14<sup>r</sup> „fragmentum versionis M.


Bergii ex libello manuscripto et incorrecto, cuius titulus erat *Κλανδίου Πτολεμαίου περί ὑποθέσεων τῶν πλανομένων*."

Hi codices in duas classes eo distinguuntur, quod plerique in *Ἰσοταχῶς* p. 104, 23 desinunt; reliqua pars in Vatic. 208, Marcianis 323 et 324, E, F, codicibusque 11 et 12 solis existat. horum cod. 12, ut subscriptio docet, e cod. 11 descriptus est. idem de E ualet, u. errores horum codicum proprii p. 76, 14 τ $\epsilon$ ] supra scr. 11, om. E.; 80, 4 *ἐκκεντρος*] *ὀμόκεντρος* (corr. mg. E); 80, 12 *ὠς* om.; 80, 24 *ῥεῖβ*] *ῥε*; 82, 22 *σγ*] *σ*; 82, 30 *υγ*] *υ*; 98, 15 *ἐστίν* om.; p. 84, 6 *μέντοι*] *μέν* E, 11. cod. 11 ipse nusquam meliora praebet quam Marc. 323, et ex ipso Marciano eum descriptum esse, testis est p. 78, 14, ubi in *γσοζ* litterae *οζ* in Marc. 323 ita deformatae sunt (*σδ*), ut litterae *δ* similes fiant, et *γσδ* habent 11 et E. codices Marcianos 323 et 324 inter se coniunctos esse nec a Vaticano 208 sed a communi archetypo pendere, ex his locis manifesto adparet: p. 72, 25 *ατούς*] *ατά* Vat., *ατάς* Marcc., 11, E; 74, 20 *τεταρτημόριον*] *τεταρτημ*<sup>ο</sup> 323, E, 11, *τεταρτημόρια* Vatic., 324 (compendium habuit A, quod propter praecedens *τά* et in Vat. et in 324 falso resolutum est); 78, 28 *ψα*] 324 et corr. ex *ψο* 323, *ψο* καὶ ἐνί Vat. (*ψο* habuit A ut B, sed correctum); 80, 16 καὶ ἦ] B, Vat., ἦ δέ Marcc., 11, E; 82, 7 *κύκλον*] B, Vat., om. Marcc., 11, E; 84, 1 τοῦ ἐπικύκλου κέντρον] B, Vat., κέντρον τοῦ ἐπικύκλου Marcc., 11, E; 88, 22 *λογισμόν*] B, Vat., *ἐπιλογισμόν* Marcc., 11, E; 100, 2 *ἰῆ*] B, Marcc., *σῆ* Vat.; 94, 6 *ῥεῖη*] B, Marcc., *ῥε* Vat.; 104, 14 *περιστροφῆ συντελουμένης* Marcc., 11, E, *συμπεριστροφῆ τελουμένης* B, Vat.; 104, 26 τ $\epsilon$ ] Marcc., 11, E, om. Vat.; 106, 5 *ὠς*] Marcc., 11, om. Vat.<sup>1)</sup> nec codd. Marciani alter ex altero descripti sunt, u. p. 72, 19 *θέσεων*] 323, *διαθέσεων* 324 solus; 80, 14 *λζ*] B, 11, E, supra scr. m. 2 323, om. 324 solus; 86, 24 *γ*—25 *σημείων*] om. 324 solus; 90, 21 *περιγιότερον*] *ἀπογειότερον* 324 solus; 94, 8 *ἐν τῶ*] om. 324 solus; 106, 5 *λῆ*] om. sine lacuna 323, lac. 324, Vat. quoniam codd. Marciani in ceteris omnibus scripturis cum Vat. con-

1) Dubitationem mouere possit p. 92, 17, ubi *μγ* in Vat. ita scriptum est, ut *νγ* legi possit, et *νγ* Marcc., 11, E. fieri potest, ut *μγ* iam in A ita fuerit deformatum.

spirant, uelut in lacunis p. 106, 2, 4, 6, 8, commune eorum antigraphum codicis Vaticani gemellum fuit, sed uno loco correctum (p. 104, 14, ubi Vat. cum B consentiens antigraphum repraesentare putandus est).<sup>1)</sup>

itaque huius classis stemma hoc est:



F sui generis est; nam a p. 104, 23 prorsus cum hac classe consentit (p. 104, 26 τε omisit cum Vat., p. 106, 5 ὡς habet), uerum eo usque plerumque alteram classem sequitur, ut p. 70, 1; 72, 22, 25; 74, 10, 20; 76, 3, 7, 21; 78, 2, 7; 84, 5 (οὐ); 88, 27—28; 96, 16, 21; 98, 10, 12 (κύκλον ἐγκεκλιμένον); 102, 1—3. praeter minutias nullius momenti (p. 72, 8; 74, 2; 76, 23; 84, 1) his tantum locis cum A contra B conspirat: p. 90, 15; 96, 19, 31; 98, 12, semper cum codice 3; p. 72, 3 ἦ] B, 3, mg. οἶόν τ' ἐκ τῆς 3 m. 1, ἐκ AF. iam hinc ueri simile est, F hic e codice 3 descriptum esse, et hoc tot locis confirmatur, ubi hi duo codices soli fere ab AB discrepant, ut uix liceat dubitare, ut p. 70, 13 ἡμῶν] ἡμῶν, 14 ἀτά] ἀτάς, 22 καί] del. 3, om. F; 72, 15 ἀναδιδομένας, 26 καί] om.; 74, 5 κύκλος μέγιστος, 17 τὰ τμήματα] om.; 76, 15 περιέξει] περιέξει 3, περιάξει F; 78, 24 ὄ] om. (cod. 3 semper fere litteras initiales omittit), 30 ὄ] om.; 80, 11 μ.] 3, μοίρας F, 12 κύκλον] om.; 82, 18 κατά] καί postea add. 3, καί κατά F; 84, 5 ᾧ] οὐ, 17 πέρας] μέρῳ F, μέρος 3, mg. πέρας m. 2, 19 ἰγ] ἰθ, ἕξ ἰγ m. 2 mg. 3, ἐν ἄλλω καὶ ἕξ ἰγ F<sup>2)</sup>, 30 κλίσεως] ἐγκλίσεως; 86, 5 τῷ κέντρῳ] τὸ κέντρον; 88, 20 παρὰ] περὶ; 90, 12 δέ] δὲ καί, 17 καί] 3 supra scr. τοῦ m. 2, καὶ τοῦ F, 20 ἀτῶ] 3 supra scr. ν m. 2, ἀτῶν F; 92, 3

1) P. 78, 14 ,γσοξ] γσξ 324; itaque οξ iam in communi antigrapho male scriptum erat. p. 80, 9 ἀπολαμβάνειν] ἀπολαβεῖν 324, ἀπολ<sup>α</sup> / Vat., 323, 11 et sine dubio A.

2) Consensus Arabis casui debetur.



—4 τῶν εἰρημένων δύο; 94, 4 ἰβ̄] ἰβ, mg. m. 2 ἰς 3, ἐν ἄλλῳ ἰς mg. F, 6 καί] om.; 96, 21 τὰ ἐναντία] τάναντία, 23 καὶ τῆ] καί; 98, 20 ἀντῶ] ἀντό; 100, 4 καί] om.; 102, 8 λᾶ] λ'δ 3 supra scr. λ'α m. 2, λ'δ F, mg. ἐν ἄλλῳ λ'α, 13 δέ] δὲ καί, 21 ἀντῶ] ἀντῶν (corr. in ἀντόν F); u. praeterea scripturae uerae communes p. 86, 27 τό<sup>1)</sup>; 92, 17 τά<sup>2)</sup>; cfr. p. 78, 28 ποᾶ cum Marc. 323 correcto et 324. ex his locis nonnulli excludunt, codicem 3 ab F pendere, id quod confirmant errores codicis F in cod. 3 non obuii p. 70, 23 δν] ὄν, τε] om.; 74, 2 τὰ] om., 10 ἀπό] ἀπ'; 76, 10 μὲν] om., 12 ποιείσθω] ποιείσθαι, 23 ποιείσθω] om.; 80, 11 δῆ] δέ; 94, 7 Ἄρεος, 15 δῆ] Δ<sup>H</sup> 3, δέ F, 16 νοτίον] τοῦ νοτίον<sup>3)</sup>; 102, 1 ῥνξ] ρος. quae in cod. 3 postea correctae sunt, habet F omnia; praeter locos iam adlatos u. p. 76, 2 περιέχει δηλονότι] F, περιέχει 3 supra scr. δηλονότι, 31 κύκλος] F, supra scr. 3; 78, 10 ἰσημερινά] F, ἰσ- supra scr. 3; 80, 9 ἀπολαμβάνειν] F, corr. ex ἀπολαμβανομένην 3; 80, 19 ᾱ ['] F, ᾱ ὦ 3, corr. mg.; 94, 3 ἀπό — 4 κόσμου] F, ὡς εἰς τὰ προηγούμενα τοῦ κόσμου ἀπὸ τοῦ ἀπογείου τοῦ ἐπικύκλου 3, corr. mg., 25 τῆν — 26 κύκλου] F, mg. 3; 100, 3 πρὸς] F, corr. ex εἰς 3 (p. 98, 12 κύκλος 3, F, mg. κυκλίσκος 3, ut B, sed del.). itaque prior pars codicis F e codice 3 correcto descriptus est, extremam partem ab exemplari aliquo Marciani 323 adfini sumpsit uel ab eo ipso (τε p. 104, 26 fortasse casu excidit). discrepant loci paucissimi nec graues p. 70, 1 ὑποθέσεων] F, ὑπόθεσις 3; 76, 16 μέρος] F, μέρους 3; 76, 22 ποικίλαι] F, ποικίλλαι 3; 82, 7 μιᾶς μ̄] F, μ̄ μιᾶς 3; 80, 4 τοῦ ζῳδιακοῦ] F, ζῳδιακῶ 3; 84, 19 καί] F, om. 3; 84, 23 καί] F, om. 3; 94, 1 καί] F, om. 3; 94, 4 καί] F, om. 3; 102, 13 κύκλος] comp. F, κυκλίσκος 3; 104, 16 καί] F, om. 3. quae omnia librario usu uel ratione edocto deberi possunt (p. 104, 16 fortasse iam eo exemplari, quod inde a p. 104, 23 sequitur, usus est). quare non dubito p. 104, 15 τῆ εἰρημένην coniecturae tribuere (om. AB, 3; τῆ necessarium est), ut p. 88, 10 ἐκ τοῦ κέντρον] ἐκέντρον 3 (= B), τοῦ κέντρον F; p. 104, 14 περιστροφῆ συντελουμένης ab exemplari classis A petitum esse potest (περιστροφῆ τελουμένης 3).

1) Hanc emendationem inuenerunt etiam Marcc. 314 et 324.

2) Habet etiam Vindob. 160.

3) Sic etiam Marc. 324.

iam ad alteram classem ueniamus.

C hic quoque e B, ut consentaneum est, descriptum esse, ostendit summus eorum consensus, uelut p. 76, 23 τόν habet. errores nonnullos correxit manus 2 (h. e. manus 1 alio atramento), ut p. 76, 21 μή erasum; 90, 15 γάρ erasum; p. 88, 10 habet ἐκ τοῦ ἐκκέντρον πρὸς, sed τοῦ in ras. maiore; ἄ p. 84, 5 coniecturae debetur, ut p. 86, 1 μ̄] τοιοῦτων in ras. (hoc quidem male). cum Vat. solo consentit p. 78, 28 ᾤο καὶ ἐνί (deinde ἄ — ᾤο om.). numeros saepe litteris omnibus exprimit, figuras quattuor nullius pretii addidit. ex C pendet cod. 2, ut diximus, u. p. 70, 10 τρόπον] λόγορόπον C, λόγον τρόπον 2; 74, 25 ἐκκειμένην] ἐγκειμένην 2, C; 78, 10 ἡφκχ<sup>σν</sup>] ὄκτακισχιλίοις πεντακοσίους εἰκοσιτερεῖς 2, C; p. 76, 21 μή om. 2.

e B descriptos esse D et cod. 6, supra dixi, et in hoc quoque opere prorsus cum eo consentiunt, uelut p. 74, 2 θανασιωτάτης, p. 76, 23 τόν, p. 78, 28 ᾤο habent; signa marginalia p. 80, 5, 28 etiam in cod. 6 sunt, p. 88, 10 ἐκκέντρον D. ex D descriptus est cod. 9, in quo titulus est Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ τῆς τῶν σὺνίων κύκλων κινήσεως (titulum om. D), u. p. 70, 7 ὁμάλῃς καί] om. 9, D; 70, 22 μή] οὐ 9, D; 72, 16 διὰ] κεν | D, om. 9; 72, 25 φιλαίς] ψιλοῖς 9, D; 84, 23 ὡς εἰς 9; 88, 11 ἐκκέντρον — κέντρον τοῦ] om. 9, D.

codd. 1 et 3 nihil praebent, quod prohibeat, quominus eos e B descriptos esse statuamus; nam quod p. 72, 8 πολλαχῇ, p. 74, 2 θανασιωτάτης, p. 76, 23 τῶν, p. 86, 27 τό, p. 96, 19 τοῦ habent, leue est; in omnibus uitiis grauioribus cum B concordant. nec communis error p. 70, 23 (τε om.) tantum ualet, ut ideo commune archetypum a B deriuatum statuamus. quae cod. 3 propria habet uel bona uel mala, supra dedimus; ea cod. 1 non praebet. cum B consentit cod. 1 p. 78, 7, 28; 84, 1, 5; 90, 15; 92, 17; 98, 12; 104, 14. neuter nec cum C nec cum D conspirat. e cod. 1 descriptus est cod. 4, ut ex scripturis his eorum et communibus et propriis satis adparet: p. 70, 16 ἐποχὰς ἀποκαθισταμένης] ἀποκαθισταμένοις ἐποχάς; 72, 1 μετὰ τῆς διὰ] διὰ τῆς μετὰ; 72, 15 ἀναδεδομένας] ἀποδεδομένας; 76, 25 Αἰγυπτιακοῖς] ἑπτακοσίους; 78, 3 συντελεῖσθαι] συντελεσθεῖσαι; 78, 20 γρ̄ν] ἄρν; 78, 23 ἀποκαταστάσεις] ἀποστάσεις; 80, 24 ρξ̄β] ρξ̄δ (p. 74, 10 casu ὡς omittunt ut A); neque enim cod. 1 ex cod. 4 descriptus est, u. p. 70, 23 καθ' 1, καὶ καθ' 4. praeterea e cod. 1 descriptum esse puto codicem 7; constat

enim Hurtadum illum de Mendoza plerosque codices suos e codicibus Marcianis describendos curasse, cum a. 1538—1547 legatus imperatoris Venetiis esset, Nicolaumque Murmurin, qui a. 1543 partem codicis 7 scripsit, Venetiis negotium librarii fecisse (Graux, Fonds gr. d'Escorial p. 184 sqq.); porro prior pars codicis 7 eadem prorsus continet, quae cod. 1 f. 197—286 <sup>1)</sup>, et p. 159, 1—2 cod. 7 eundem titulum habet, quem cod. 1 solus manu 2. e codice 3 descriptam esse partem maiorem codicis F, modo vidimus. ex eodem etiam cod. 10 descriptus, ut ex his erroribus communibus pro certo concludi potest: p. 70, 4 τοῖς τῆς μαθηματικῆς] τῆς τοῖς μαθηματικοῖς, 5 ἐφωδένουμεν] ἐφωδένου<sup>αν</sup>μεν; 74, 3 ἀπ' ἐξ supra scripto ἀπ' m. 2 cod. 3, ἐξ m. 1 cod. 10; 76, 3 δηλονότι] supra scr. m. 2 cod. 3, m. 1 cod. 10; 76, 31 κόκλος] comp. supra scr. m. 2 cod. 3, m. 1 cod. 10.

cod. 8 ex ipso B summa fide descriptus est; u. p. 72, 8 πολαχή; 74, 2 θανυμασιολάτης; 76, 23 τόν; 80, 28 (( mg.; 84, 5 οὔ; 86, 13 κινείσθω] ποιείσθω <sup>2)</sup>); 88, 10 ἐκκέντρον, 14 ἀπόγειον] ἔγγειον (ἔγγειον, h. e. ἀπόγειον, B), 15 μεταστάσεως] κ'στάσεως <sup>3)</sup>; 90, 15 γὰρ γωνίαν, omnia ut B, p. 72, 3 ἐκ cum B <sup>2)</sup>.)

cod. 5 lacunosus cum B consentit p. 72, 3, 22, 25, et quoniam neque cum D neque cum cod. 1 neque cum C contra B conspirat (p. 70, 7 ὁμαλῆς καί] 5, om. D; p. 72, 1 μετὰ τῆς διά] 5, διὰ τῆς μετὰ 1; p. 70, 10 τρόπων] 5, λόγορόπον C; p. 72, 4 προσθέσεως] 5, προσθέσεως C), relinquitur, ut aut ipsius B aut codicis 3 apographum sit. hoc ut statuamus, suadent loci, quales sunt p. 70, 14 ἀντά] BC, ἀντάς 3, 5; p. 70, 23 τε] BC, om. 3, 5 (et 1), nec obstat, quod p. 70, 4, 5 errores codicis C cum F correxit; ab F pendere nequit propter p. 70, 20 διημερῆσθαι] F, m. 2 cod. 3, διαμερῆσθαι m. 1 cod. 3 et cod. 5.


1) Praemittuntur in cod. 1 f. 1—196 Ptolemaei tetrabiblos cum commentario anonymo et Porphyrii introductio in tetrabiblon. sequuntur in cod. 7 uaria commentaria in Syntaxin et opuscula astrologica; f. 116<sup>r</sup> subscriptio Πέτρον Καρναβάκα a. 1543; sunt igitur duo codices diuersi.

2) Haec igitur scriptura fuit codicis B a m. 1.

3) Duæ sunt in B manus correctrices, una atramento flauo, altera uiridi. huic correctio p. 88, 15 debetur et -ι- (in ἐναντία) correctum ibidem, illi ἐκ p. 72, 3.

titulum de suo refecit *Κλαυδίου Πτολεμαίου περί τῶν κατὰ τοῦς  
πλανομένων ὑποθέσεων.*

itaque stemma alterius classis hoc est:



cum B totius classis archetypus sit, credideris, defectum partis ultimae in eo ortum esse, et id eo magis, quod constat, in B aliquot folia excidisse; sed obstat, quod Hypotheses in folio 283 recto desinunt spatio ad finem paginae uacuo.

Nunc addo, p. 86, 26 τῶ in B exstare et p. 96, 31 τσαύτας etiam in B esse (ergo recipiendum).

Bainbridge fol. 27 de codicibus suis haec habet: „ex tribus enim exemplaribus ms. ne unum quidem integrum aut incorruptum fuit . . . multas lacunas (parenthesi inclusas) explevi. omnes periodos et epochas ad Magnae Syntaxis leges et numeros analysi non ita facili retexui plurimasque vitiatas restitui. in latitudinum vero hypothesibus nihil mutare volui; hic enim Ptolemaeus prudens (si quid iudico) ab illis in Syntaxi constitutis desciscit aliasque faciles expeditas longaque veriores candide proponit.“ fundamentum editionis erat codex ab E deriuatus; nam non solum errores e cod. Vindob. 160 propagatos, ut p. 78, 14 γσδ; 80, 24 ρξ; 92, 17 μγ] νγ, sed etiam codicis E proprios habuit p. 78, 11 κ' κδ"] κη' δ"; 98, 15 ἐστλ] om.; uerum ipsum E non usurpauit, si quidem recte has scripturas e codice suo refert: p. 84, 21 σξ μ] (sic E) σξβ κβ; p. 84, 23 λξ] (sic E) λξ'; p. 92, 23 νξ] (sic E) εξ'. emendationum Bainbridgii, quas praeter additamenta uncis inclusa enumerat p. 52, non paucae interpretatione Arabica confirmatae sunt; recepi, quae prorsus necessariae sunt rationibusque palaeographicis commendantur p. 78, 13, 15 (u. p. XV); 98, 7; 102, 7, recipi potuerant emendationes p. 84, 13 τμξ, 19, 23 ιξ; 88, 30 μβ; 90, 2 μβ; 94, 2 ιξ; 96, 11 ἀνά, 31 νδ; 102, 5 et 106, 6 προηγόμενα, quae *ratiocinationibus astronomicis* nituntur; p. 98, 3 pro x Bain-

bridge  $\bar{\epsilon}$  uoluit, quod probabilius est quam  $\bar{\zeta}$  Arabis <sup>1)</sup>; p. 90, 24 corrector codicis C cum Bainbridgio uerum uidit, in errores diuersos abeunt codices Graeci et Arabs. aliae emendationes eius astronomice quidem uerae sed palaeographice absurdae sunt, ut p. 82, 7  $\bar{\alpha}]$   $\omicron'$   $\iota\epsilon''$   $\nu'''$ , 23  $\bar{\beta}]$   $\omicron'$   $\kappa\epsilon''$   $\nu\beta'''$ ; 88, 21  $\bar{\epsilon}\pi\iota\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\epsilon\tau\alpha\iota]$   $\lambda\acute{\epsilon}\iota\pi\epsilon\iota$ , 22  $\bar{\delta}]$   $\beta'$ ; 90, 7  $\bar{\mu}\bar{\alpha}]$   $\nu\epsilon'$ ; 92, 24  $\bar{\epsilon}\pi\iota\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\epsilon\tau\alpha\iota]$   $\lambda\acute{\epsilon}\iota\pi\epsilon\iota$ , 25  $\bar{\alpha}]$   $\epsilon'$   $\lambda''$ ; 94, 6  $\bar{\rho}\xi\eta]$   $\bar{\lambda}\epsilon]$   $\rho\xi\theta$   $\iota\zeta'$ ; 96, 2  $\bar{\gamma}]$   $\omicron'$   $\iota\delta''$ ; 100, 2  $\bar{\epsilon}\pi\iota\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\epsilon\tau\alpha\iota]$   $\lambda\acute{\epsilon}\iota\pi\epsilon\iota$ , 3  $\bar{\alpha}]$   $\omicron'$   $\iota''$ ; 104, 3  $\bar{\epsilon}\pi\iota\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\epsilon\tau\alpha\iota]$   $\lambda\acute{\epsilon}\iota\pi\epsilon\iota$ , 4  $\bar{\alpha}]$   $\omicron'$   $\delta''$ , nec ulla earum ab Arabe confirmatur. qui loci quoniam monstrant, Ptolemaeum numeros uel male computasse uel scientem simpliciores reddidisse, Bainbridgium sequi nolui p. 78, 20  $\bar{\gamma}\rho\nu]$   $\bar{\gamma}\rho\lambda]$ ; 86, 13  $\bar{\beta}]$   $\alpha'$ , 21  $\bar{\beta}]$   $\alpha'$ ; 102, 19  $\bar{\mu}]$   $\bar{\nu}$ , ubi Arabs cum nostris codicibus consentit; sed p. 100, 1 cum eo contra codices Arabemque recepi  $\bar{\sigma}\lambda\eta$ , quod et necessarium est et facile in  $\bar{\sigma}\mu$  corrumpi poterat.

Halma Bainbridgium tam religiose sequitur, ut etiam uncas, quibus ille additamenta sua inclusit, conseruauerit; praeterea C habuit, ut inde adparet, quod in C initia paginarum editionis eius notata sunt, et codd. Paris. 453, 1642, de quibus uerba facit p. 6 sqq.


quae interpretatio Arabica meliora praebet quam codices Graeci, supra adtuli. quae addit p. 102, 1; 106, 2 necessaria non sunt, sed tamen probabilitatem habent propter locos similes p. 88, 27; 92, 30; 96, 31. lacunas classis A p. 106 non habuit (l. 4  $\bar{\sigma}\iota\alpha\bar{\omicron}$ , 6  $\bar{\pi}\alpha\bar{\omicron}$ , 8  $\bar{\sigma}\kappa\theta$   $\iota\epsilon$  Bainbridge). errorem nostrorum codicum praeter locos supra adlatos praebet p. 88, 13; p. 84, 19 scriptura codicis Arabici B ex  $\iota\theta$  (= F) cum uariante  $\iota\gamma$  (= AB) orta est. in numeris saepe peccat (p. 78, 19, 22; 84, 21; 88, 19; 90, 24; 94, 2; 96, 16, 31; 98, 3; 102, 3, 8, 25), et multis locis uerba Graeca male intellexit (p. 71, 10, 20; 73, 14, 16, 20, 27; 77, 5, 13, 27); nonnulla omisit p. 85, 11; 89, 21. interpres est Thabit ben Korrah, u. Catal. codd. orient. Lugd. III p. 80, Wenrich de auct. Gr. versionib. p. 232, Suter Die Mathematiker und Astronomen der Araber p. 35, 11 sq. excerpta Persica libri II e Gravi libro, qui inscribitur Astronomica quaedam e traditione Schah Cholgii (Londini 1652) enotauit Nix.

1) Cfr. p. 98, 5  $\bar{\alpha}]$  AB, Arabs,  $\epsilon'$  Bainbr.

## c) Inscriptio Canobi.

Cum non modo in Marc. 313 (A) et Vat. 184 (C) codici Vat. 1594 adfinibus sed etiam in Paris. 2390 (B) eius apographo inscriptio Canobi Prolegomenis in Syntaxin e Theone alisque excerptis adnexa sit, concludendum, eam olim etiam in Vat. 1594 eodem loco fuisse et cum extrema parte Prolegomenorum periisse. suspicor, duo illa folia *εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ βιβλίου ἀπόλυτα* (I<sup>1</sup> p. IV), quae hodie absunt, post f. 8 locum habuisse — initio enim nihil deest — et finem Prolegomenorum inscriptionemque Canobi continuisse. — exstat etiam in Laur. XXVIII 1.

stemma igitur hoc est:



Bullialdus in praefatione dicit, se usum esse codice Laurentiano „volumine quodam Graeco in charta pergamena . . . , quem ante trecentos annos Demetrius Cydonius Thessalonicensis in bibliotheca sua habuit,“ h. e. Laurent. XXVIII 1. cum deinde proseguatur: „ex quo Florentino descriptum esse librum, qui in Bibliotheca Regia manu recentiori in papyro scriptus et ordine centesimus decimus quartus adservatur, pro certo comperoque habendum esse puto . . . , siue in Graecia nondum a Turcis in solitudinem redacta siue in Italia Urbinatum Duce opus promouente descriptio facta sit. inter libros enim, quos Catharina Medicaea Franciae Regina Urbino in Gallias discedens secum adtulit, codex ille censetur“, apertissime Paris. 2390 significat, qui Medicus est (in numero errauisse uidetur; fuit enim numero 184 signatus, u. Omont, Inventaire IV p. LXIX); eum archetypum, non apographum, codicis Laur. XXVIII 1 esse, supra p. XXXIX demonstrauit.

Halma Bullialdum sequitur adhibito codice Paris. 2390 et inspectis codicibus Marc. 313 et Laur. XXVIII 1 (u. p. 13).

## d) Προχειρών κανόνων διάταξις καὶ ψηφοφορία.

Exstat in codicibus hisce:

1) cod. Laur. XXVIII 1, fol. 168—171, sine titulo; in fine *add. Κλαυδίου Πτολεμαίου προχειρών κανόνων διάταξις καὶ σαφήνεια.*

- 2) cod. Laur. XXVIII 7, fol. 38—40<sup>v</sup>; titulus est: *Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας καὶ ὅπως χρηστὸν αὐτοῖς μέθοδος ἐναργῆς.*
- 3) cod. Laur. XXVIII 12, fol. 95—106, sine titulo.
- 4) cod. Laur. XXVIII 46, fol. 8, fragmentum p. 179, 15 καὶ τὰς—181, 16 τῶν ἐκ | .
- G 5) cod. Laur. XXVIII 47, fol. 270—278<sup>r</sup>; titulus: *Πτολεμαίου, in fine: Κλαυδίου Πτολεμαίου προχείρων κανόνων διάταξις καὶ ψηφοφορία.*
- D 6) cod. Vatic. gr. 1038, fol. 323<sup>v</sup>—328<sup>r</sup>; titulus: *Πτολεμαίου, in fine: Κλαυδίου Πτολεμαίου προχείρων κανόνων διάταξις καὶ ψηφοφορία.*
- F 7) cod. Marcian. Gr. 314, fol. 209—215<sup>r</sup>; titulum *Πτολεμαίου περὶ προχείρων κανόνων* addidit m. 2.
- Q 8) cod. Ambros. Gr. H 57 sup. = 437, fol. 45—54<sup>v</sup>; titulus est: *Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας καὶ ὅπως χρηστὸν αὐτοῖς μέθοδος ἐναργῆς.*
- 9) cod. Messanensis Bibliothecae Uniuersitatis 9, chartac. s. XVI. continet: f. 1—16<sup>r</sup> Porphyrii *εἰσαγωγή εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν τοῦ Πτολεμαίου*, f. 16<sup>v</sup> uacat, f. 17—106<sup>r</sup> commentarius in tetrabiblon Ptolemaei, f. 106<sup>v</sup>—107<sup>r</sup> figuræ astronomicae, f. 107<sup>v</sup> uacat, f. 108<sup>r</sup>—116<sup>r</sup> (?) (des. ἀριθμῶν, f. 112<sup>v</sup>—113<sup>r</sup> lac.) *Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας καὶ ὅπως χρηστὸν αὐτοῖς μέθοδος ἐναργῆς.* u. Studi Italiani di filologia classica V p. 329 sq.
- 10) cod. Scorial. Φ-I-5, f. 14<sup>r</sup>—32<sup>v</sup>; titulus est: *περὶ προχείρων κανόνων.*
- 11) cod. Paris. 1642, fol. 251—262.
- A 12) cod. Paris. 2390, fol. 147—149<sup>v</sup>, sine titulo, in fine: *Κλαυδίου Πτολεμαίου προχείρων κανόνων διάταξις καὶ ψηφοφορία.*
- E 13) cod. Paris. 2397, chartac. s. XVI (scripsit Michael Damascenus), f. 19—27<sup>r</sup>, sine titulo; u. Omont, Invent. II p. 252.
- 14) cod. Vindob. 14, f. 91—100<sup>v</sup>; titulus est: *Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας καὶ ὅπως χρηστὸν αὐτῆς μέθοδος ἐναργῆς.*
- praeterea cod. Vat. gr. 1786, chart. s. XVI, f. 89—98<sup>r</sup> habet p. 165, 13 ad finem (sine titulo) post Theonem Smyrnaeum (f. 1—38<sup>r</sup>), Theodosium De habit. (f. 39—48<sup>r</sup>, al. m.) et De dieb. (f. 49—88<sup>r</sup>).
- horum codicum praeter 9 et 13 omnium stemma dedimus p. CLXXIII, quod etiam in hoc opusculo scripturis uariantibus com-*

probatur. cod. C in hoc opere semper fere B sequitur, sed ex alio codice (p. 177, 8) codici A simili non nulla recepit (p. 185, 6 *προσπαρμευθήηται* habet sine corr.). cum codd. 5 et 6, quorum neuter ab altero, uterque a Vat. 1594 pendet, nostrum opusculum inter Syntaxin et Adparitiones habeant (in cod. 12 Syntaxin sequitur, sed deinde ordo est: Hypotheses, Adparitiones, *περὶ κρητηρίου*), manifestum est, in Vat. 1594 hoc opus excidisse post fol. 263; et praeter duo folia, quae initio perierunt, constat alia XXXI deesse, quorum VII et dimidium nostro operi sufficiunt. itaque recensio fundamentum habet codicem Vatican. 1594 e codd. 2, 5, 6, 7, 12 restitutum. e p. 171, 16; 182, 1 colligendum, in Vaticano 1594 scripturas uariantes adscriptas fuisse; hinc explicatur dissensio codicum p. 172, 10; 173, 6; 175, 9; 177, 3 et codicum DG contra A B consensus p. 159, 13; 164, 16; 175, 8, 22; 180, 10; 185, 5, 8. scripturae receptae siglis A aut B signatae archetypi sunt his locis exceptis, ubi emendationes codicis B recepi: p. 163, 9; 169, 3, 24; 170, 2, 22; 172, 10 (*οξ*), 21—22, 24; 173, 1; 174, 24; 178, 19; 179, 26; 184, 13, 14. A et archetypum sequi debueram p. 169, 12; 172, 11, et cum iisdem nunc p. 162, 14 *η* pro *καί* (B) praefero; de p. 169, 22; 170, 1 dubito propter p. 182, 18, 22. quae ex ceteris codicibus recepta sunt, paucis minutis exceptis omnia coniecturae debentur.

cod. 9, ut docet titulus, ad codd. 2, 8, 14 adcedit. cod. 13 ipse quoque a codice 2 pendere uidetur, sed p. 161, 22; 164, 2; 165, 17; 167, 23; 168, 7, 14; 175, 24; 180, 15 cum A consentit (p. 173, 4 *έάσομεν* supra scr., p. 183, 23 *οὖν* supra scr.). de Vat. 1786 nihil notauimus.

Halma pro fundamento editionis habuit codicem 13 adhibitis etiam codicibus Paris. 1642 et 2390; in cod. 13 fol. 27<sup>r</sup> mg. adscriptum ab Halma uel potius amanuensi aliquo eius: *ici finit l' introduction de Ptolemée aux tables manuelles, laquelle se continue par un calcul d' éclipse du soleil dans les mss. 2390 et 1642.*<sup>1)</sup>

codicem Vat. 1594 iam mendis satis grauibus inquinatum fuisse, adparet (u. in primis p. 159, 4; 165, 14—15; 168, 17; 170, 5; 172, 21 sq.; 175, 10); nunc addo, p. 164, 15 pro *μέν* scribendum uideri *μὲν* <*οὖν*>, p. 175, 6 *φαινομένη* <*πάροδος*>; p. 177, 25 pro *ἀντῶ* (h. e. *τῶ ἀριθμῶ*) rectius scriberetur *ἀνταῖς* (h. e. *ταῖς μοίραις*). tituli capitum uix ab ipso Ptolemaeo additi sunt; nam p. 164, 8 ad

1) *Sequitur in cod. 13 f. 27<sup>r</sup>—103<sup>v</sup> Theo in Προχ. κανόνος ad Epiphanium.*



τὸ δὲ μεσουρανοῦν auditur λαμβάνεται p. 163, 26, ita ut δέ respondeat particulæ μέν p. 163, 25. sed testibus codicibus 5, 6, 7, 12 in Vat. 1594 fuerunt, et quod in cod. 2 saepe omittuntur (inde a p. 163, 24; alios addit p. 161, 1; 162, 12; discrepat a ceteris p. 161, 19, ut cod. 8 p. 171, 7, 21; 174, 1), rubricatori debetur.

in codicibus plerisque (exceptis 4 et 13, de codd. 9 et 10 non constat) huic operi appendix sine titulo adnectitur. incipit: (ὕπόδειγμα τῆς ἡλιακῆς ἐκλείψεως). Ἰνα δὲ καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος φανερὰ ἡμῖν γένηται τὰ εἰρημμένα, παρειλήφωμεν τὴν ἀκριβεστάτην ἡμῖν τετηρημένην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκλείψιν ἡλιακὴν τῷ π' ἔτει Διοκλητιανοῦ (a. 364), et prior pars, ut iam indicavit Bandinius II p. 10, e Theonis commentario in *Προχ. κανόνας* ad Epiphanium misso excerpta est; desinit: εὐρήσωμεν τὴν τῆς ἐπισκοπήσεως πρόσνευσιν κατὰ τοῦ ἀπηλιότου γινομένην. sequuntur deinde alia capita similia, quae apud Theonem non repperi: τὸ ἡμερήσιον ὁμαλὸν κίνημα τοῦ ἡλίου — τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν, (περὶ προσθέσεων ἢ ἀφαιρέσεων τῆς σελήνης οὕτως) εἰάν τὸ κέντρον<sup>1)</sup> — ἐπὶ τὰ ἐλάχιστα, τοῦ ζωδιακοῦ ἐπὶ τοῦ ἡλίου — πάντα ποιῶ, ἐπὶ δὲ τῆς σελήνης — τὴν ἀφοριζομένην μοῖραν τῆς σελήνης, ἐπὶ τῆς καρδίας τοῦ Λέοντος — ὄρω τὴν ἀπειλημμένην<sup>2)</sup>, ἐπὶ τῶν βουλομένων παρὰ τὸ τ' ψηφίσαι — ἀκριβῆς ἡ μέθοδος, περὶ τῆς τοῦ κυνὸς ἐπιτολῆς ὑπόδειγμα. ἐπὶ τοῦ ρ' ἔτους Διοκλητιανοῦ (a. 384) — ὁμοίως ποιεῖ ἐπὶ οἰουδήποτε χρόνου, ἀπὸ συνόδου ἐπὶ σύνοδον — πρὸς ιϛ μ' δ, περὶ ἀνέμων ἀπὸ χειρὸς. τῶν γ' ἀστέρων — ἕως κη βόρραν ἀναβαίνει, εὐρεῖν πότιρον ἢ σελήνη ἐπὶ σύνοδον ἔρχεται ἢ ἐπὶ πανσέληνον ἢ ἀπὸ συνόδου εἰς πανσέληνον ἔρχεται. εἰάν τὸ ἀπόγειον — ἐπὶ σύνοδον φέρεται, τὰ τοῦ ἡλίου σημεῖα ἐν ταῖς παραλλάξεσι λαμβάνομεν τὸν τρόπον τοῦτον. λαμβάνομεν τοῦ πρὸ αὐτοῦ ζωδίου — ἡλίου σημεῖόν ἐστιν, ἐπὶ τῶν φάσεων τοῦ Κρόνου — ἐπὶ σύνοδον, ἐπὶ δὲ τοῦ Διός — ἐπὶ σύνοδον, ἐπὶ τοῦ Ἄρεως — ἐπὶ σύνοδον<sup>3)</sup>, ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης — δύνει ἐπὶ σύνοδον, ἐπὶ τοῦ Ἑρμοῦ — ἐπὶ σύνοδον ἐρχόμενος<sup>4)</sup>, εἰάν ὁ εἰσενεχθεὶς ἀριθμὸς — εἰάν δὲ ἀφαι-

1) Hic incipiunt codd. 2 f. 40<sup>v</sup> et 14 f. 100<sup>v</sup>, in περὶ προσθέσεων cod. 8 f. 54<sup>r</sup>.

2) Hic desinit cod. 2 f. 41<sup>v</sup>, postea add. ὁ τοῦ, in ἀπειλημμένην ὁ τοῦ desinit cod. 14 f. 102<sup>r</sup>.

3) Hic desinit cod. 6 f. 333; foll. 334—336<sup>r</sup> uacant (inc. f. 328<sup>r</sup>).

4) Hic desinit cod. 8 f. 58<sup>r</sup>.

ρετική ἀφαίρει. huc usque codd 1 f. 171—177, 3 f. 106<sup>v</sup>—113<sup>r</sup>, 12 f. 150—154, sequuntur figurae (12 f. 155); in codd. 5 (f. 278—289<sup>r</sup>) et 7 (f. 215—221<sup>v</sup>) sequuntur figurae (5 f. 289<sup>v</sup>—290<sup>v</sup>, 7 f. 222) et κανόνιον ἐπακτῶν. ἀπὸ Ἀδάμ — ἕως τῆς ἐνισταμένης γ' ἐπινεμήσεως ἔτη φμβ' cum figura et exemplo ad annum σλθ' ἀπὸ Διοκλητιανοῦ (a. 523) adcommodato (5 f. 291<sup>r</sup>, 7 f. 223<sup>r</sup>; in cod. 7 f. 223<sup>v</sup> add. ὀριζόντων καταγραφὴ τῶν διὰ Βυζαντίου cum 2 figg.).

e) Περὶ ἀναλήμματος.

Ne quid desit, frustula nonnulla in cod. palimpsesto Ambrosiano lecta hic referam, quae propter genus scripturae rerumque similitudinem ad hoc opus pertinere credideris, quamquam locum eorum reperire non potui.<sup>1)</sup>

P. 190: . . . τινα τρόπον ἐπέσκεπται ον . . . | . . . τὰς τε καταβατικὰς καὶ ἀντισκίους . . .

post medium: . . . τοῦ τε μεσημβρινοῦ καὶ τοῦ . . . | νοῦ οὖν ὅτι . . .

ad finem: . . . τοῦ κατὰ κορυφὴν ἐπιτελ . . . |

P. 236: || θω ε . . . | . . . ἡμέρα τοῦ ἡλίου με . . . | ρον τμημα τοῦ ὀριζόντος, ἔτι δε . . . τες |

τοῦ εἰς λαμβανομεν . . . |

inferius: οἱ μὲν γὰρ . . . | et

φέρωμεν . . . | τονω . . . |

P. 241: . . . ασ | . . . εν | . . . ἀπέχει . . . | . . . τερον ἐ(μ) | τη . . . (ἐν π)α|ρόδο . . . τοῦ ἰσημε|ρινοῦ . . . α ἔμυνο(θ) |

inferius: <π>αρόδους καὶ τὰ ἐπι |

P. 249: . . . ἀμφοτέρων τῶν πλευρῶν . . . | . . . λλη . . . ον καὶ τοῦ φέροντος συνεκ . . . μεν . . . εν μόνω τῷ φέροντι πρὸς τὰ | τοῦ μεσημβρινοῦ κατὰ τὰ ἐξάρματα τῶν | πόλων παραφορὰς ἀπαρφυλλίτων |

P. 251: ἐντομὰς ὃ τε πολεῦων καὶ ὁ ζωδιακός, ὥστε | πρὸς ὀρθὰς τ' ἀκριβῶς εἶναι καὶ μίαν ἐπιφάνειαν ποιεῖν τῶν τε κυρτῶν ἐμ μέρει καὶ τῶν | κοίλων ἐπιφανειῶν τῇ αὐτῇ μεν . . . |

1) Partem operis periisse, suspicatur Delambre, Histoire de l'astronomie ancienne II p. 471

## f) Planisphaerium.

Hunc librum, siue potius duo sunt (p. 249, 19), e Graeco in Arabicum traduxit Maslama ben Achmed el-Magriti († 1007—8), u. Suter, Die Mathematiker u. Astronomen der Araber p. 76sq.<sup>1)</sup> notas quoque addidit, quarum conspectum breuem hic dare satis sit (pleraeque editae sunt a Commandino).

P. 230, 3: In hunc locum Maslem commentans ait — singulorum graduum initia constitui possunt.

P. 232, 14: Addit Maslem argumentum — per aequalia secabit.

P. 236, 26: Hic locus est argumenti Maslem — in una representari planitie utrumque polum possibile est.

Ad p. 240, 13 mg. E (om. Commandinus): Dixit Meslem. et est ad hoc etiam uia facilior, quia ipse memorauit diametros parallelorum equalis ab equatore longitudinis in partem septentrionis et meridiei, et quia<sup>2)</sup> erit linea  $ek$  semidiametrus paralleli meridiani et linea  $en$  septentrionalis, et iam assignauit quantitates diametrorum eorum in precedentibus et demonstrationem in propositione secunda libri huius.

P. 251, 15 mg. E (om. Commandinus): Dixit Meslem. si animum aduertisset Ptholomeus in hac propositione, propinquior esset assumptio, quod deus uelit; et hoc est. quando adiunxit  $d$  cum  $z$ , si duxisset a nota  $g$  lineam equidistantem lineae  $dz$ , que est  $gm$ , et fecisset circulum cum distantia  $em$ , esset circulus arietis. quia angulus  $nme$  equalis angulo  $zde$ , ergo arcus  $bgz$  similatur arcui  $cln$ . Et ad illud aliter. quia ponam maiorem circulum  $abgd$  circa centrum  $e$  et ducam diametros orthogonaliter se secantes. volumus ergo signare intra ipsam cum longitudine arcus similis arcui  $gz$  et continuabimus  $b$  cum  $z$ , et secabitur  $eg$  super  $h$ . fiatque circulus secundum et centro supra  $e$  et similiter  $hkt$ <sup>3)</sup>; arcus ergo  $kt$  similis est arcui  $zg$ , quod ductis equidistantibus  $gb$  et  $ht$  manifestum est.

P. 252, 12: Hic subiungit Maslem, quod — ubicunque sita fuerit.

---

1) Cod. E mg. ad finem habet: explicit liber superficiate spere Ptholomei correctus a Meslem filio dantis gratias, quod est Admeti.

2) quis E.

3) Hic aliquid turbatum est.

P. 254, 4: Noto igitur, ut<sup>1)</sup> Maslem addit, — equidistantes horizonti, quos Arabes pontes nominant.<sup>2)</sup>

P. 255, 18 mg. E (om. Commandinus): Dixit Meslem. non declaravit, quod centrum non sit super unum punctum, nisi postquam ostendit, quod linea  $mc$  longior est  $nl$ ; et iam explanabitur hoc facilius. quia protraham a puncto  $n$  perpendicularem super lineam  $dl$ , et est  $no$ . et declarabitur, quod  $dn$  brevior est quam  $dc$  et  $dl$  brevior quam  $dm$ . et secabitur in linea[m]  $dc$  equalis lineae  $dn$ , que sit  $dt$ , et de linea  $dm$  equalis  $dl$ , que sit  $dz$ . fiet ergo triangulus  $dtz$  equalis triangulo  $dnl$ . et ut cecidit perpendicularis  $no$ , cadat etiam perpendicularis  $tv$ , et eius angulus  $dnl$  equalis angulo  $dtz$ ; et quia lineata<sup>3)</sup> est  $dc$  longior linea  $dn$ , erit angulus  $dnc$  maior angulo  $dcn$ ; ergo angulus  $dcm$  remanet maior angulo  $dnl$ , qui equatur angulo  $dtz$ . quando igitur ducetur a puncto  $t$  equidistans lineae  $mc$ , cadet terminus alter sub puncto  $z$ , et est linea  $tk$ . ergo proportio  $cd$  ad  $td$ , ut proportio  $mc$  ad  $tk$ ; est ergo  $\langle mc \rangle$  longior quam  $tk$ . et  $tk$  longior quam  $tz$ ; ergo  $mc$  longior quam  $tz$ , cui equatur  $nl$ . et quamvis non protrahamus perpendicularem, etiam declarabitur hoc, ut dicam, quod angulus  $dzt$ , qui equatur angulo  $dln$ , est acutus; ergo linea  $kt$  longior est linea  $zt$ . et ex hac figura declaratur, quod sectiones, quas secant lineae recte egredientes a puncto  $d$  in lineam  $ga$  super arcus aequales, erunt in eadem praeter aequalitatem<sup>4)</sup>, et quod omnes propinquoires centro longioires erunt remotioires ab eo.

P. 257, 15 mg. E (om. Commandinus): Alia translatio. dixit Meslem. de complemento huius propositionis est, quod producam lineas  $eg$  et  $dt$  directe, donec concurrant super punctum  $o$ , et demonstrabo, quod circulus, qui transit per notam  $c$  et per punctum  $y$ , transit etiam per notam  $o$ , secundum quod probatum est in propositione antecedente de ponendo equidistanti circulo orbi signorum, de quo non cadit aliquid

1) Haec tria uerba om. Commandinus; habent A (ergo) BCE.

2) Sic AB; in E additur: quorum uerticales circuli, id est paralleli transeuntes per cenith capitis circuli, equidistantes sunt circulo recto (similia Commandinus).

3) Scribendum uidetur: declarata.

4) Scribendum: partes aequales.

intra circulum semper occultum. cum ergo uoluerio perficere, quod promisi, producam  $dz$  usque ad punctum  $q$ .

Huc refertur nota, quam codices omnes p. 257, 15 in textu habent (Commandinus f. 23): Deinde<sup>1)</sup> argumentum Maslen subiungit addens: producimus lineam  $dz$  in directum — ex his manifestum est, quod in sphaera, dum super idem centrum, equidistans recto et equidistans zodiaco medius medium secat. quod quoniam planities facere non potest, descriptioni, quam Maslen ad id monstrandum hic interponit, nos supersedemus, ne quid Tholomaice descriptionis numerum<sup>2)</sup> ut minus cauemus plus apponamus, praesertim cum nulla cogat necessitas. quod tamen in ipsis eius descriptionibus, qua locus exigit imitatione, non Maslen negligimus. nec enim desperet quisquam, quin nos quoque et ea, que Maslen interponit, et ex nobis ipsis quam plurima eque rationabiliter, ut illi uisum est, interserere possemus, nisi auctorem ipsum, ut decet, castigate sequi mallems ueriti, ne immoderata euagando libertas nimie beneuolentiae uitium incureret.

Ad finem huius notae E in mg. longam demonstrationem habet; inc. et ut compleam, quod oportet compleri in hac propositione, declarabo, quod hic circulus equidistans orbi signorum secat etiam parallelum, que(m) secat in sphaera, in duo media, in hac forma in duo media; cuius hec ratio quidem. ponam circulum meridiei  $abcd$ ; des. ergo circulus transiens per puncta  $c, o, v$  transit etiam per punctum  $f$ ; et hoc est. et secundum similitudinem huius ducam circulos equidistantes orizzonti egredientes sub horizontem, neque est differentia inter hec, et erunt almucanerat cadentes in lamina super astrolabium meridianum.

P. 258, 5: Addit Maslen. quantum haec linea recta — sic linea  $by$ , licet in infinitum protrahatur, nunquam lineae  $dg$  concurret. ex his<sup>3)</sup> manifestum est, quod consequens est, cum hic circulus equidistans zodiaco per polum circuli recti transiens hunc equidistantem recto medium secet, et hunc per zodiaci polum necessario transire.

praeterea in A fol. 160<sup>v</sup> col. 1—162<sup>v</sup> col. 1 (col. 2 et f. 162<sup>v</sup>

1) Demum quidem E, quem in sequentibus secutus sum. contulit A. A. Bjoernbo, cui omnia debeo, quae de E rettuli.

2) *Scriptura incerta*; quae proxime sequuntur, non intellego.

3) *Hic mg. A.* in alio libro non erat hoc.

uacant) post subscriptionem p. 259 adlatam notae hae additae sunt per litteras adscriptas ad suos locos relatae: dixit Maslem. et si intenderet cet. (cfr. E ad p. 251, 15).

et est ei alius modus — *gz.* et illud est, quod d' v.

dixit Maslem. et non declaravit — elongantur ab eo (cfr. E ad p. 255, 18).

et ex — *ef* in se. et illud cet.

capitulum, quod non est de libro, quod edidit Abualcacim Maslem filius Ameti — cuius hec est forma (seq. figura). cum ergo declaratum est — gradum, et hec est forma illius (seq. fig.). opus autem — tabularum. et laus sit deo creatori gentium.

Interpres Latinus praefationem praemisit, quam hic ex codicibus ADF dabo, quorum D contulit A. A. Bjoernbo, AF ego; in BCE deest, sicut etiam apud Commandinum.

*Quemadmodum Ptolomeus et ante eum nonnulli ueteris auctoritatis uiri antiquas seculi scribunt historias, que cunctis disciplinalibus scientiis finis est, ipsa eorundem omnium principium existit nature comitata seriem, cuius omnis fere terminus in originis meta concluditur. quod quoniam presentis est negotii, locus exigit ab integro exponi, quo plane constet, quoniam presentis instituti spectet auspiciam, ac ne longa fiat digressio, nichil prohibere uidetur, quin ad imitationem alterius translationis nostrae hic quoque breuiter commemoremus, ne, si diutius insequamur, scribentis moram faciamus. narratur quippe, transacto primo et uniuersali diluuiio, qua primum undis ad priores alueos reuersis arida patuit, senem cum filiis superstitem, cum ex Armenia temperationes auras sequens inter Tigrim et Eufratem descendit, [et] in quarto climate, qua postea Babilonia surrexit, constitisse. hic ex nepotibus eius quidam, ut ferunt, filius primogeniti, plane quidem antequam nepotum successio aut trans Kascarum aut citra Rufam haut longe a Mesopotamiae terminis diffunderetur, seu auita memoria commonitus seu diuino fortasse nutu com-*

1. Ptolomeus] A, Tholomeus D, Ptholomeus F. 2. ystorias A. 3. Ante scientiis del. fcf F. 4. exstitit F. 6. quonam] quam F. 7. auspitiu[m] A. fiat] fietat F. 9. scribendis F. 10. narratur] A, narrat DF. quippe] quidem F. et] DF, ac A. 11. qua] DF, quam A. 12. temperationes F. 13. sequens] A, om. DF. tygrim A, tigrran D, tigrum F. et] deleo. 15. ex] A, z (h. e. et) DF. 16. kascarum F. 17. rufan A. haud A. Mesopotacie A. 18. auita — seu] A, om. DF. nutu fortasse DF.

*motus primus sidereos cursus sequens effectus mirari cepit, a quo paulatim sequentis etatis studium in orbem deuiatum in tantum usque accreuit, quoad plane demum deprehenderet, omnem superioris mundi scientiam principe loco in geminas diuidi*  
*5 species, in motus celestes et motuum effectus, tanto quidem interuallo discretas, quanta est inter disciplinale studium et naturalem speculationem distantia. quarum eius, que motum sequitur, omnis uis et ratio in numero, mensura et proportione constat, ut omnis matheseos discipline et primordialis et finalis extiterit causa.*  
*10 est enim stellarum motus omnino bipartitus, in eundem et diuersum, quorum alter accidentalis omnibus idem, alter proprius omnifariam diuersus atque eidem contrarius, uterque circularis, ut necesse fuerit ad concepti artificii constitutionem et dimensionem circularum et habitudini ad inuicem ipsorumque motuum momentis*  
*15 singula proponi studia; quorum quoniam primi traduntur auctores Indi, Perse et Egyptii inuentionem secuti sunt, que disciplinam primis ordinauit gradibus. idem ergo motus quoniam equabilis est circuli super centrum et axem immobilem omnia continentis spere, seorsum hunc scribendum duxit Tholomeus quippe primum*  
*20 in ipso tanquam uestibulo astronomie quasi thema quoddam totius studii proponens, prout idem diuersi principium et equalitatem inequalitatis cardinem intellexit nec, opinor, sine imitatione Abracaz, quem in omni celesti motu auctorem habet, quemadmodum Sicheum in motus effectum. ex quibus et duo Ionica lingua*  
*25 collegit uolumina, in prima[m] sintasim, in secunda tetrastim, Arabice dicta almagesti et alarba; quorum almagesti quidem*

1. sidereos] sydereos A, sidereos m D, si deos F.  
 2. orbe D. deuiatum] A, d'nratum D, d'uiatam F. 3. tantum] A, terra D, tm F. plane] DF, plene A. demum] A, deinde DF. deprehenderet] A, comprehenderet DF. 4. diuidi] A, diuide DF. 6. disciplinale] A, disciplinare DF. 7. eius] est F. 9. extiterit] DF, existeret A. 10. motus stellarum DF. omnino] A, om. DF. bipertitus F. 11. actualis F. omniphariam A. 12. eadem F. ut] A, z (h. e. et) DF. 13. fuerit] A, fuit DF. 15. auctores F. 16. Egyptii F. secuti] F, sequi D, secuta A. 17. equabilis A. 19. dixit F. Pth's D. 22. oppinor A. 23. Abracaz] A, abrachaz D, abrachaz' F. quem] A, quod D, q F. quemadmodum] A, quendam DF. 24. effectum] in ras. A. et] A, etiam D, autem F. yonica DF. 25. synthesim DF. secundam F. tetrasim F.

*Albeteni commodissime restringit, tetrastim uero Albumasar non minus commode exempliat. in utroque et ipse et sequaces eius eas diuidentes ordinant, ut, quoniam altera submota alteram relinqui impossibile est, nec conuertitur illa naturaliter, ut finis est disciplinalis studii, naturalis quoque speculationis existat 5 origo; cuius prior pars superioris mundi, ut sequens inferioris, naturam contemplatur, id autem est materiales rerum causas, quemadmodum illa formales, omnis uidelicet geniture principia post primam ipsam causam utrumque mouentem, ut in eo, quod de essentiis instituumus, plenius patebit. cum itaque motus quidem 10 sit huiusmodi, effectus uero motum consequens, omne hoc studium ab eodem motu rectissime inchoat. quod igitur omnium humanitatis studiorum summa radix et principium est, cui potius destinarem quam tibi, quem primam summamque hoc tempore philosophie sedem atque immobiliter fixam uaria tempestate fluitantium 15 studiorum anchoram plane quidem, ut noui, et fateor; nec enim diis placeat, me, sicut iners uulgus solet, inuidia teneat, ut sponte quidem aut mendatio locum prestem aut ueritatem dissimulem; tibi, inquam, diligentissime preceptor Theodorice, quem haut equidem ambigam Platonis animam celitus iterum morta- 20 libus accomodatam. quo factum est principaliter, ut non aliter, quam aureis culmis Cererem, maturo palmite Bachum, unum te Latini studii patrem astronomie primitiis donandum iudicarem, quippe cum nec ego, quod offerrem, melius haberem nec tibi sapientie dono quicquam acceptius cognoscerem, secundo uero, ut id, quod 25 solertiam tuam minime latere potest, aliis quoque per te innotescat*

---

1. Albeteni] D, albetera A, almatenim F. comodissime D, commodisse F. tetrastim] D, tetrastum A, tetrasī F. Albumasar] D, albumaxar A, albusasar F. 2. comode D. exempliauit D. 3. summota A. 5. existat] A, extitit DF. 7. autem] A, ea DF. 9. in] A, de DF. 10. patebit] A, patebat DF. 11. motum] A, motuum DF. 13. summi A. destinantem D. 14. quem] A, quam DF. 15. immobilem D. fluitantium] A, fluentium DF. 17. diis placeat] A, displiceat D, displiceat F. inhers A. uolgus F. 19. quem] A, quam DF. 20. haut] DF, aut A. 21. accomnodatam D. 22. maturo] A, maturato DF. 23. primitiis] A, principiis DF. iudica 2 F. 24. quod] A, quid DF. offerem F. 26. aliis — te] A, per te aliis DF.



interim, quanta presumptione astronomie nomen usurpant, qui necdum principium eius uiderint, que sine tribus premissis ita recte possibilis est, ut Ycarus uolare potuit, nisi forte his, qui nouo freti ingenio conuersis discipline gradibus a fine incipiunt, 5 qui tamquam neglecto naturali gressu retrocedentes postpositis nimirum luminibus cecum carpant iter necesse est. tertio uero, ut, quoniam tanti uiri primum hoc opus celestisque scientie quasi clauem quandam labor noster nunc tandem Latio confert, antequam in profanas insidiantium manus incideret, tua sanctissima 10 constaret auctoritate. quantam enim putas hominum partem hoc tempore superstitem, que propria contenta sorte non alieni cupiditate boni ferueat aut potius odio contabescat, que passio maxime Latinitatis inopiam hucusque fouit nec, dum licet, pereunte materia quiescens; quin me quoque, qui longe inter alios latere 15 putabam, usque adeo saepius impellat, ut tanquam cedens inuidie uoto remisso tanto labore potius ad commune quodlibet uiuendi negotium confugiam, cum presertim cunctis iam animi diuitiis postpositis nichil preter fortuitas opum sarcinas in pretio uideam, nisi unum te uirtutis exemplar haberem, quem nec labor uincit 20 nec deliciae temperant nec denique potentissima peruertit ambitio, ut tu quoque ceteris diffugientibus deserte et tamquam medius exposite fluctibus philosophie naufragium patiaris. tuam itaque uirtutem quasi propositum intuentes speculum ego et unicus atque illustris socius Robertus Ketenensis nequitie dispicere, licet plurimum 25 possit, perpetuum habemus propositum, cum, ut Tullius meminit, misera sit fortuna, cui nemo inuideat. his habitis, ne diu differamus, ab ipsis eius uerbis tractatus initium statuamus non alia transferendi lege, quam qua id ipsum Maslem in Arabicam transtulit.

---

1. interim] A, om. DF. 3. his] A, is D, hiis F. 5. tanquam DF. retrocedentes] A, retroducentes DF. 7. primum] A, primatem DF. 9. profanas F. insidiantium] A, corr. ex insidiantium F, insidiantium D. 16. comune D. uiuendi] AD, cozuēdi F. 18. opum diuicias F. 19. te] om. F. 21. tanquam] AD, tanquam F. mediis] A, medie DF. 22. exposite] A, exponitur D, expositus F. 24. Robertus] DF, Rodobertus A. Ketenensis] DF, Keteñsis A. dispicere] A, duplicem DF. 25. possit] DF, possēt A. 26. his] A, hiis DF. 28. Maslem] Masylem A, molle D, maslen F.

Interpretationem Latinam uulgo Rodolfo Brugensi tribuunt (Wüstenfeld, Die Übersetzungen Arabischer Werke in das Lat. p. 51 sq.; Suter, Die Mathematiker u. Astronomen der Araber p. 77) inscriptione confisi editionis principis (Basil. 1536): Rodulphi Brughensis ad Theodorichum Platonicum in traductionem planisphaerii Claudii Ptolemaei praefatio. quae cum in nullo, quod sciam, exstet codice, exiguae auctoritatis est, praesertim cum ipsa praefatio ab editore suo arbitrio pessumdata sit; crediderim, titulum illum editorem ipsum finxisse alio similis argumenti opere Maslemi deceptum, quod re uera interpretatus est Rodolfus Brugensis (Descriptio cuiusdam instrumenti, cuius usus est in metiendis stellarum cursibus, per Rodolfum Brugensem Hermannii Secundi discipulum, u. Wüstenfeld l. c. p. 52 sq.). uerum uidit Jourdain (Forschungen über Alter u. Ursprung der lat. Übersetzungen d. Aristoteles, übers. v. Stahr, p. 109 sq.), titulum, qui solus traditus sit, undique confirmari: Planisperium Ptolomei Hermannii Secundi translationis (sic A initio praefationis et cod. Paris. 7377 B, qui ipse quoque praefationem habet; in DF nullus titulus). de Roberto amico loquitur Hermannus etiam in nota post equinoctiali p. 229, 12:

1 *quem locum a Ptolomeo minus diligenter perspectum cum Albeteni miratur et Alchoarismus, quorum hunc quidem ope nostra Latium habet, illius uero comodissima translatione studiosissimi Roberti mei industria Latine orationis thesaurum accumulata, nos discutiendi ueri in libro nostro de circulis rationem damus.*

etiam p. 234, 9 post corporea interpres de suo addit haec:  
7 *quod quamquam, ut supra meminimus, alii XVI alii XVIII punctis minus inueniant, non tamen in ortu signorum magno pere curandam gignit discordiam.*

iam ex ea nota, quam supra p. CLXXXI e mg. E adtulimus ad p. 257, 15, adparet, aliam quoque translationem exstitisse. cuius haec praeterea uestigia e mg. codicis E collegit Bjoernbo:

1. quem] ABD, om. C, quod E, q F. a] z C. Ptolomeo] AB, Tholomeo CDEF. 2. Albeteni] AD, albateci B, albetē C, mg. albetr~; albategni EF. alchunarismus C. 3. latinitas mg. C. comodissima] AB, commodissima CDEF. 4. Roberti] CDEF, Rodberti A, Rudberti B. 7. meramimus E. XVI] 19, 15 E. XVIII] 68 B. 8. mag<sup>o</sup> B, magno opere CE. 9. gingit B.

ad p. 239, 4: aliter. et hoc quia, cum ducetur  $ek$  in id, quod relinquitur de duplo  $ef$  cum quadrato  $et$ , proveniet quadratum  $ek$ , quia etiam  $tk$  equatur  $bt$ , que subtenditur angulo recto, cuius alterum latus  $et$  et reliqua circuli minoris semidiameter (supra scr. -tri) est.

